uestimentis glorie candidatus. dulcibusque affatibus
alloqui cepit eandem. Surge igitur filia benedicta.
surge ne timeas. Et apprehensa manu ipsius al
leuans eam. disparuit. Ipsa uero puellulam suam huc
atque illuc se conuertens. putabat se uisum uidere.
usque quo ad clamorem ipsius apportato iam lumine. per
sanctum se sentiens per seruum dei Franciscum esse sanatam.
cuncta que acciderant per ordinem enarrauit. De non
seruantibus et inhonorantibus sanctum festum.

In Pictauie partibus uilla que Symo dicitur. sacer
dos quidam reginaldus nomine beato Francisco de
uotus. festum ipsius parochianis suis indixerat
sollempniter celebrandum. Unus autem de populo igno
rans sancti uirtutem. sui paruipendit sacerdotis man
datum. Egressus autem foras in agrum ut ligna
succideret. cum se preparasset ad opus. uocem audiuit
huiusmodi ter dicentem. Festum est operari non licet.
Uerum cum nec imperio sacerdotis. nec superne uocis
oraculo. seruilis temeritas frenaretur. addidit
diuina uirtus ad gloriam sancti sui sine mora mi
raculum et flagellum. Mox enim ut furcam una
manu iam tenens. alteram cum ferreo instrumento

License: CC-BY-NC – Luzern, Provinzarchiv Schweizer Kapuziner Luzern, PAL L, f. 118r – Bonaventura, Legenda maior s. Francisci . Vita beati Antonii (http://www.e-codices.ch/en/pal/L/118r)